Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

hoc fecit. Ipse autem ille dicit que per ea sedu
cendo uenimus post plura uerba cum dimisit
nobis dans exemplum ut temptationibus viriliter
resistamus Iacobus Beatus vir qui suffert temp.
Quintus est caritas eximia. nam in ultimo
cum decapitandus ad locum uenisset petito
spatio orandi orauit primo pro illis qui
eum occiderunt. postea pro omnibus in purgatorio
laborantibus. postea pro passionem eius
celebrantibus. et sic gladio percussus ascendit
in celum. nobis dans exemplum ut cari
tatem habeamus que est unio ad deum. Joh. Deus
caritas est. etc. Alius de eodem.

Fortitudo et decor indumentum eius etc. In quo ver-
bis uerba posita ad laudem beate Margarete
recte ponimus sunt posita que hodie eius
colimus passionem. Et sic dicam in primo gloriam
dei. Primo est in primis animositatis ubi fortitudo
secundo est eius speciositatis ubi decor indumentum. Tertio
in iocunditas ubi ridebit. Quod primo nota
quod beata Margareta fortis fuit quia quatuor te-
rribilimos inimicos que ea fortissime impug-
nauerunt que tamen dei adiutorio omnes superauit
Primus inimicus et persecutor fuit pater eius
qui erat gentilium patriarcha et ydola ado
rabat. hic persecutus est in ea fidem que ipsam
a fide uoluit alienare. hanc fidem beata
Margareta adquisiuit et eam fortissime te-
nuit et toto corde dilexit. cogitans quod
sine fide impossibile est placere deo. ut dicit apostolus
Hebr. Unde dicitur in ipsa legenda quod propter fidem odiosa
erat patri suo. dilecta autem spiritui sancto. ecce primus
persecutor pater. Secundus persecutor fuit Olibrius
tyrannus qui in ea persecutus fuit uirginitatem
siue castitatem que ipsam hanc uoluit in uxo-
rem. Unde dicitur in ipsa legenda. Cum pasceret oues
nutricis sue quod Olibrius conspexit eam cum
transiret. et statim in eius amore ardere
cepit. Unde misit ad eam. querere si li
bera esset. an ancilla. quod si libera accipia-
tur eam in uxorem. si autem ancilla dabo
pretium pro illa et manebit in domo mea

pro eius pulchritudine. Sed beata Margareta
uirginitatem suam conspexit. dixit. miserere mei deus
miserere mei et ne perdas cum impiis
animam meam et cum viris sanguinum vitam
meam. Unde beata Margareta cum ipsum spreuit
ipsum diuersimode penis affligi iussit. et
eam lampadibus et mamillis accendi
precepit et alia multa tormenta que viriliter
sustinuit pro castitate tuenda. Cognouit
enim quod dominus super omnia diligit castitatem. et
hanc sibi tuere uoluit et laudabiliter
tenere. imitando apostolum qui dicit fratres que
precepta de domino non habeo et deum ihesum gloriosum
sunt. quam sunt utilia et honesta et aliqua. Hec est
enim uoluntas dei sanctificatio uestra etc. Unde
tamen ne dominus diligat castitatem ostendit
quod illa tamen maxima opera que omnibus que fecit
et faciet est a castitate inchoauit. videlicet opus
creationis reparationis et glorificationis. In
opere creationis non quod angelos castos fecit
in celo. homines in paradyso. In opere re-
parationis quod ex casta uirgine ipse castus
nasci natus est et a casto Ioseph educatus
In opere glorificationis quod omnes faciet
castos ut dicit saduceis. Matth. xxii.
In resurrectione illa non nubent neque nubentur
sed erunt angeli etc. Unde nota quod sicut dominus
amat castitatem ita econtra odit luxuriam Sic
patet in uera testamento. Ante diluuium enim
totum mundum propter luxuriam usque ad octo
homines deleuit. Similiter post diluuium
cum Sodoma et Gomorra et alias ciuitates sub
uertit. Patet et in multis aliis que semper
duos in illo peccato dampnat. qui sed et
uult salutem Margarete Katherine et alias
sanctas uirgines studeat imitari.
Tertius persecutor fuit draco crudelis qui
persecutus est eam in carcere et uisus est
eam terrere et deuorare. Unde non tamen tradi-
tum illud uirginis quia dicitur alias sicut non
legimus plus. Ioh. euangelista. Exsistendo dixit
princeps tenebrarum non contrariat in